

TITULUS QUINTUS.
DE SUCCESSIONE COGNATORUM.

TEXTUS.

Tertius ordo succedentium ab intestato.

Post suos heredes, eosque, quos inter suos heredes prator & constitutiones vocant, & post legitimos, (quorum numero sunt agnati, & hi, quos in locum agnatorum tam supradicta Senatusconsulta, quam nostra erexit constitutio,) proximos cognatos prator vocat.

NOTÆ.

Prator vocat] Ad bonorum scilicet possessionem: nam cognati heredes jure civili non fiunt. Vid. inf. in comm.

COMMENTARIUS.

Lex antiqua duodecim tabularum duos tantum heredum ab intestato ordines fecit, scilicet heredum & agnatorum. Novæ leges & Senatusconsulta non addiderunt quidem ordinem novum, sed personas quasdam, quæ nec sui heredes, nec agnati revera sunt, suorum heredum & agnatorum numero esse voluerunt, atque in ordine suorum vel agnatorum una cum veris suis heredibus aut agnatis ad hereditatem intestati admitti. Inter suos heredes novæ leges numerant, siveque per omnia exequantur liberos legitimos, §. 2. sup. de her. ab int. Inter eosdem quoque, & simul cum his vocant nepotes & pronepos ex sexu fœmine §. ult. d. 1. In agnatorum ordinem Senatusconsulta transfulerunt matrem & liberos, Justinianus fratres & sorores uterinos, eorumque & fororum conlanguearum filios & filias, §. 4. sup. de leg. agn. success. l. pen. §. 1. C. de leg. her. Anastasius fratres & sorores emancipatos, §. 1. inf. hoc tit. Prator vero tres succedentium ab intestato ordines fecit: primum *liberorum*: (non dixit suorum, quia ex liberis vocat etiam non suos,) alterum *legitimorum*, in quo vocantur agnati & jura agnationis habentes ex posterioribus legibus, aut ex Senatusconsultis, l. 2. ult. & l. seq. unde legis tertium *cognatorum*, in quo admittit omnes, quos sola sanguinis ratio vocat ad hereditatem, licet jure civili deficiant, l. 1. in pr. l. 2. unde cogn. item eos, qui quod prioribus ordinibus exclusi essent, ex nullo alio capite venire poterant, l. 5. d. ult. §. 1. inf. hoc tit. Tandem Justinianus cognatos omnes etiam heredes legitimos fecit, adempta agnatis omni prerogativa, Nov. 118.

Proximos cognatos prator vocat] In hoc ordine

qui ad successionem vocantur, videlicet cognati, jure civili heredes non fiunt; sed jure pratorio bonorum possessores: ac proinde pertinent ad vir. de bon. poss. inf. Possunt tamen etiam hoc loco considerari, quia prator bonorum possessores pro heredibus habet, & vi ipsi heredes faciunt. Post Nov. 118. cognati jure civili succedunt, ut non magis quam agnati pratoris auxilio indigeant.

TEXTUS.

Qui vocantur in hoc ordine. De agnatis capite minutis.

2. Qua parte naturalis cognatio spectatur. Nam agnati capite deminuti, quique ex his progeniti sunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habentur, sed à pratore tertio ordine vocantur; exceptis solis tantummodo fratre & sorore emancipatis, non etiam liberis eorum: quos lex Anastasiana cum fratribus integri juris constituit vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem, sive sororis, non aequis tamen partibus, sed cum aliqua deminutione, quam facile est ex ipsius constitutionis verbis colligere. Aliis vero agnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionem passi non sint; tamen antepont eos, & procul dubio cognatis,

COMMENTARIUS.

Præterquam declarare insinuat Imperator, qui nam illi sint, quos prator in ordine tertio proximitatis nomine vocat: & ad extremum successionem eorum determinat. Revocemus illos ad tres classes. Primum in eo numero ponit agnatos capite minutos, id est, minimam capitis deminutionem passos: nam media & maxima capitis deminutione interveniente, jus omne successiois tollitur, l. 1. C. de her. inf. Igitur, ut capite deminuti, hoc est, emancipati aut adrogati amittebant jus agnationis & legitimam hereditatis, quæ lege 12. tabb. deferebatur; ita nec prator his dabat bonorum possessionem jure hereditum legitimorum, l. 5. unde cogn. l. 1. unde legis. Ceterum quia jura naturalis cognationis & sanguinis minima capitis deminutione non perirent, sed post eam salva adhuc & integra manent, §. ult. sup. de leg. agn. tut. l. 8. de reg. jur. prator, qui tertia edicti parte, quæ scilicet proximis cognatis vocat, tantum naturalem sanguinis conjunctionem spectavit, eadem parte

DE SUCCESSIONE COGNATORUM.

rectè etiam admittit capite minutos, scilicet post suos & legitimos, l. 1. unde legis. d. l. 5. unde cogn. Ut ecce, frater emancipatus ad fratris sui hereditatem jure civili propter capitis deminutionem non vocabatur, neque solus, neque cum fratribus integri capitis: unde nec jure honorario venire poterat ad bonorum possessionem ex edicto unde legitimi: sed tertio demum loco amittebatur jure cognationis naturalis, quod capitis deminutione non perimitur.

Exceptis fratre & sorore emancipatis, &c. quos lex Anastasiana] Hæc lex Anastasii desideratur. Inserta sine dubio fuit priori Codici quoniam hæc legenda nobis commendatur: sed in Codice repetitæ prædictionis posita non est, propter l. ult. C. de leg. her. ut opinor: quæ plenus fratribus & sororibus emancipatis consultitur, & eorum quoque filius ac filias jus legitimæ successiois datur. Anastasius enim solos fratres & sorores emancipatos vocaverat, & cum partis aliqua deminutione, nimirum ut fratres integri juris altero tanto amplius consequerentur, si fides Theophilus. Justinianus vero emancipatos cum reliquis fratribus succedere voluit æquo jure & sine ulla deminutione, d. l. ult. §. 1. & 3. Itaque hic etiam §. per d. l. ult. correctus est: quippe quam post Institutiones jam compolitas & editas promulgatam esse apparet ex eo, quod Imp. in ipsa lege mentionem institutionum facit Veltigium legis Anastasiane: extat in l. 4. C. de tur.

Aliis vero agnatis, &c. antepont eos, & procul dubio cognatis] Hoc expeditus procedit post Nov. 118. Pertinent etiam ad hanc classem, qui in adoptionem dati sunt à patre, aut qui cum sui juris essent, se adrogari siverunt: nam & isti jus agnationis ita amittunt, ut cognationis jus in familia naturali erga omnes retineant; ac propterea etiam tertio hoc capite à pratore vocantur l. 1. §. 4. unde cogn.

TEXTUS.

De conjunctis per fœminas.

2. Eas etiam, qui per fœmininam sexus personas ex transfere cognitione junguntur, tertio gradu proximitatis nomine prator ad successionem vocat.

COMMENTARIUS.

Hæc secunda classis est eorum, qui à pratore vocantur gradu seu ordine tertio, nimirum qui per multebrem sexum ex transfere cognitionis linea conjuncti sunt; quique agnationis jus, quippe quod à patre oriuntur, unquam habuerunt l. 2. & l. 4. unde cogn. Ait autem dicitur ex transfere, quia qui sunt in linea recta, eos secundo capite prator vocat: quoniam his jus legitimorum hereditum competit ex Senatuf.

consultis & constitutionibus, de quibus actum est superius.

Proximitatis nomine] Id est, cognatos, l. 2. d. l. 4. unde cogn. l. 8. de sui & leg. §. pen. & ult. inf. eod. In cognatione enim sola proximitas spectatur: agnati vero licet gradu remotiores, ordine tamen priores sunt omnibus cognatis, qui jus legitimum non habent. Sed hodie potiores non sunt, ut sepe dictum est.

TEXTUS.

De liberis datis in adoptionem.

3. Liberi datis, qui in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur.

COMMENTARIUS.

Liberi in adoptionem dati jus cognationis in familia naturali retinent, l. 1. §. 4. unde cognati. Pertinent autem hi ad primam classem eorum scilicet, qui jus agnationis per capitis deminutionem amiserunt, ut notavimus in fine §. 1. hoc tit. Quod si adoptivo patre emancipati fuerint vivo adhuc patre naturali, recipiunt gradum liberorum §. l. 4. unde lib. & perinde admittuntur ad bona patris naturalis, ac si ab ipso emancipati essent, nec unquam fuissent in familia adoptiva, ut scilicet jam ex prima parte edicti veniant, qua prator liberos vocat, §. ut hi to. juncti §. admoventi 13. sup. de her. qua ab intest. def.

TEXTUS.

De vulgo quaesitis.

4. Vulgo quaesitos nullos habere agnatos minimum est: cum agnatio à patre sit, cognatio, à matre: hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione nec inter se quidem possunt videri consanguineus esse: quia consanguinitatis jus species est agnationis. Tantum ergo cognati sunt sibi, sicut & matri cognati sunt. Itaque omnibus istis ex ea parte competit bonorum possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

NOTÆ.

4. Nullos habere agnatos] Quia agnationis jus à patre oriuntur, quem nullum habent vulgo concepti, d. l. 4. unde cogn. l. 23. de stat. hom. Sed nec ex concubina nati jus agnationis in familia patris habent, l. 24. d. ult. Immo nec cognationis quidem in causa successiois ab intestato, extra casum auct. licet C. de nat. lib.

Sicut & matri cognati] Leg. ut vet. Cod. ex matre cognati. Th. de nat. lib.

H h h h 2

COMMENTARIUS.

1. Non magis natos ex concubina, quam vulgo quæsitos, jus agnationis habere.
2. Naturales & spurii ex eadem matre editos, & inter se, & cum alii per matrem conjuncti, jus cognatorum habere; ex patris tantum latere conjuncti non item.
3. Natos ex damnato legibus coiti omnis successione esse expositos.

IN tertia classe eorum, qui nomine proximitatis vocantur, sunt vulgo quæsitus: qui & ipsi inter se & cum alii per matrem à latere conjuncti jus cognationis habeant. Ajo, à latere: quoniam inter matrem ipsam & liberos, licet vulgo quæsitus sint, etiam legitime hæreditatis capiendi ultra citroque jus est Senatufconsultis & constitutionibus. Post Nov. 118. idem jus successione inter se habent, quod parentes & liberi legitimi.

Natos habere adgnatos? Ad spurium nullius hæreditas, & ad nullum hæreditas spurii iure agnationis pertinere potest: quoniam agnationis jus à patre oritur, quem nullum habere intelliguntur, qui vulgo concepti sunt, l. 4. unde cogn. junct. l. cum legitima. 19. l. vulgo. 23. de stat. hom. Sed nec natorum ex concubina hæreditas ad nullum iure agnationis pertinet: quia est patrem demonstrare possunt, iura tamen agnationis in familia patris non habent; quippe quæ nemo ex naturalibus liberis consequitur, nisi qui ex legitimo matrimonio natus est: cæteri omnes matrem sequuntur, d. l. 19. l. lex. 24. de stat. hom. Forster. tract. de her. qua ab int. circa fin. lib. 1.

Ne inter se quidem possunt videri consanguinei? Argumentum à remotione generis ad remotionem speciei. Si vulgo quæsitus non sunt inter se agnati, nec erunt inter se consanguinei: quoniam consanguinitas est species agnationis. Etenim agnati omnes sunt, qui per virilem sexum conjunguntur: consanguinei soli fratres & sorores eodem patre nati. Quid si iure agnationis hæreditas ad vulgo quæsitos pertinere non potest, nec poterit iure consanguinitatis, l. 4. unde cogn. Ex hoc autem loco apparet consanguinitatem non esse ordinem per se, sed gradum in ordine agnatorum. Qua de re abunde supra de leg. agn. fuit.

Cognati sunt sibi, sicut & matri, l. l. 4. §. 2. de grad. & affin. l. 2. unde cogn. An igitur liberi extra nuptias concepti, sive vulgo sive ex concubina, matri tantum & materis cognati sunt, & non etiam patri & paternis? Sunt sanè; & naturalis hæc cognatio obstat, quominus pater filiam, frater sororem vulgo quæsitam uxorem ducere possint, l. 14. §. 2. l. & nihil. 34. de rit. nupt. Cæterum in causa successione ratione patris jus cognationis nec inter se, nec cum patre, aut conjunctis per matrem habent; quantumvis

nati sint ex concubina, quamquam hos Justinianus patri succedere voluit in duas uncias, si nulli liberi legitimi nec uxori superstiti, aut. licet C. de nator. itæ. quod tamen in his regionibus non observari, monuimus sub §. pen. superioris tit. Sic ergo habeto: Fratres naturales & spurii ex diversis matribus, quamvis geniti eodem patre, nec sibi invicem, nec legitimis genitorum liberis, aliiive per patrem conjunctis succedunt. Contra verò etiam fratres illegitimi, sive ex concubina sive vulgo nati, ex eadem tamen matre, licet diversis patribus, geniti, invicem sibi iure cognationis succedunt, & item per matrem à latere conjunctis; & hi vicissim illis, d. l. 2. unde cognat. & hoc text. dum tamen ex eo complexu orti non sint, qui iure accusari & puniri queat. Nam ex damnato & secundum leges, ut loquuntur, punibili coitu nati omnis successione, sive paternæ sive maternæ, tam ex testamento, quam ab intestato, penitus sunt incapaces, nec ullum vel cognationis jus cum patre matreve, (quod est extra controversiam,) nec inter se ipsi, aut cum aliis per matrem matremve à latere conjunctis habent. Quippe cujusmodi forem nec liberorum nomine censendam, nec eam, ex qua nati appellatione matris, Justinianus consueti: proinde, nec fraternitatis inter illos necessitudo esse videtur, quæ faciat successione locum. Per e. ult. Nov. 74. & e. ult. Nov. 89. Gloss. comm. approbata in l. nati. C. de natural. lib. Cagnol. in l. pen. C. ad senatufconsul. Orfe. Palæot. de nath. & spur. cap. 43. Forster. tit. de success. eor. qui ex damnat. coitu. conclus. §. Ant. Fab. C. suo. lib. 6. tit. 33. decis. 3. 7. & 8. Fachin. c. com. 10. Diss. Christin. vol. 1. decis. 198. & ibi citati. De iure patrio dixi sup. §. pen. præc. tit.

TEXTUS.

Ex quarto gradu vel agnati vel cognati succedunt.

5. Hoc loco & illud necessario admonendi sumus, adgnationis quidem iure admitti aliquem ad hæreditatem est decimo gradu sit, sive de lege duodecim tabularum quarumvis, sive de edito, quo prætor legitimis hæreditibus daturum se bonorum possessionem pollicetur. Proximitatis verò nomine iis solis prætor promittit bonorum possessionem, qui usque ad sextum gradum cognationis sunt, & ex septimo à sobrino sobrinaque nato natave.

COMMENTARIUS.

1. Cur latius agnatorum successione diffunditur placent, quam cognatorum?
2. In obsequio esse, cur sexto potius quam quo alio

DE SENATUSCONSULTO COGNATORUM 613

- gradu successio cognatorum determinata, ex plura ratione Mynsingeri & aliorum.
3. Superadditum discrimen sublatum esse Nov. 118.
4. Agnatorum successio an certo gradu terminetur? & an novo iure item cognatorum? Et quid hic usus servet?

Hoc est determinat successio eorum, qui ex tertio capite unde cognati veniunt, & simul insinuat differentia, quæ hac in parte fit inter agnatos & cognatos

1. Agnationis iure est decimo gradu] Nominis & familiaris propaganda studium fecit, ut successio, quæ naturalis dumtaxat cognatione. Nec à prætor in infinitum producenda fuit successio iure civili incognita. Ait, est decimo. Hoc dicitur & in §. 2. de grad. & affin. quo terminatur successio cognatorum: nam agnatorum successione verus est nullo fine terminatam fuisse, ut mox audiemus.

Edicto quo prætor legitimis] Nam quibus jus civile legitimam deferret hæreditatem, iidem, etiam hæres non extierit: prætor, ut cultus & minister juris civilis, etiam iure legitimi hæredis defert bonorum possessionem; quamvis sexto gradu sint remotiores.

2. Quod prætorum movetur, ut potius sexto gradu quam quinto aut alio hæc successione determinaret, difficile est dicere. Paulus 4. sent. 11. in fin. hæc rationem asserit, quod in sexto gradu deficient nomina cognationis, quibus persone propriè denotetur. Mynsingerus, Hotomannus & Welschbeckius aliam asserunt; quia scilicet naturalis cognatio propter vitæ humanæ brevitate ultra sextum gradum non progredatur. Sed hæc ratio, quod pater tantorum virorum dictum sit, periculis inepta & falsa est, tractatur enim hic non de successione ad ascendendum aut descendendum, sed eorum, qui ex latere veniunt, quos ultra sextum aut septimum gradum qui reperiri potest negat, eum necesse est sanæ mentis non esse. Et verò si natura ultra eum gradum neminem patiatur vivere, nec patiatur ultra vivere agnatos. Cur ergo hos, licet longe remotiores sint, & ius civile & prætor admitti voluit? Equidem fatetur. Paulum quoque dicto loco eandem istam rationem expressisse, & Modestinum quoque in l. 4. in pr. de grad. & affin. Verum illi, ut credibile est, in hæc aversionem respexerunt maxime ad successione superiorum & inferiorum, id est, eorum, qui sunt in linea recta & transversa inæquali. Nam in transversa equali, putà si ex duobus fratribus continua serie sobolem propagatam ponamus, vel vicissim gradu inter se distantes reperies. De eo nemo dubitat: si Hotomannum exceperis, quin hodie, sublato per, Nov. 118. agnationis & cognationis discrimine, intelligi debeat sublatam quoque

esse discrimen termini successione; quod pene etiam expressum est in calce cap. 7. d. Nov. 118. Gloss. Joan. Fab. Agn. Welsch. hic. Forster. di. tract. 3. cap. 9. Unum superest non satis expeditum, utrum, quemadmodum sextus gradus terminus successione cognatorum hic positus est, ita etiam decimus præfixus intelligi debeat successione agnatorum, an verò hæc certo gradu non terminetur. Unde dependet decilio quæstio, utrum ex novo iure cognati pariter & agnati tantum ad decimum usque gradum succedant, an verò etiam ultra eum. Ut dicamus, decimum gradum terminum successione agnatorum hic constitutum, multa suadent. Primum enim cur decimi gradus mentionem Imperator facit, si etiam ultra decimum agnati admittantur? Deinde cum utrumque dicat, agnatos succedere etiam quæ ad sextum, ratio parti non videtur ut dicamus, uno numero successione terminari, altero non item. Postremo nisi finis aliquis successione agnatorum statueretur, vix unquam ordini tertio aut quarto, in quo sunt vir & uxor, locus futurus est. Hoc igitur posito, decimo gradu terminatam fuisse successione agnatorum, dicendum est, æquato cum agnatis iure cognatorum, di. Nov. 118. utroque jam ad decimum gradum admittendos esse, non ultra. Quod & vulgo receptum est, testibus Joan. Fab. Agn. Porc. Myns. Schneid. Welsch. & apud nos fervari tradit Grot. lib. 2. introd. cap. 30. Sed in contrarium movet, quod supra Justinianus tradidit, iure agnationis hæreditatem ultra citroque capi, etiam si longissimo gradu sunt, §. 2. in pr. de leg. agn. success. quod & mox ibidem repetit iterum §. ultimum. infra. de serv. cogn. Item quod Ulpian. l. 2. §. 1. de suis & legitimis. definit, agnatos esse cognatos virilis sexus ab eodem ortu in infinitum: in qua definitione effectum & jus succedendi Jurisconsultum consideranda percipiuntur est; ideo enim virilis sexus tantum meminit, ut significet masculos solos, non etiam feminas agnatas, consanguineas remotiores, jus legitime successione habere, §. 3. sup. de leg. agn. succ. Et denique quod lex XII. tabularum simpliciter & sine ulla determinatione gradus, si sui hæres non extent proximum agnatum familiam habere jubet. Nec difficultis responso est ad ea, que pro communi sententia proferuntur. Nihil enim prohibet, quominus dicamus, exempli tantum gratia hic decimi gradus mentionem fieri. Non enim eodem modo de agnatis & cognatis Imp. loquitur. De agnatis non loquitur determinativè: sed ait, eos succedere, est decimo gradu sint, utens rotundo & certo numero pro incerto. De cognatis contra determinativè: ait enim, eos succedere usque ad sextum gradum. Porro facile venire potuit, ut defunctus vel nullus agnatos reliqueret propter emancipationes, vel ut agnati in suo ordine non succederent, putà si proximus defecisset, §. placebat. 7. sup.

de leg. agr. succ. His jam consequens est, post A. Nov. 118. etiam cognatus ultra decimum gradum succedere debere, ut etiam in fin. c. 3. d. Nov. omnes deinceps a latere cognati simpliciter & sine ulla determinatione vocantur. Quae sententia Baroni quoque & Bachovio probatur, item Gudelinio lib. 2. de jur. nov. cap. 17. & Valent. Forstero d. vrb. lib. 3. c. 10. in fin. sed in eo fallitur, quod ita etiam moribus receptum patet; contrarium enim testantur pragmatici illi omni exceptione majores, quos ante citavimus: & apud nos constat, debentibus cognatis decimi gradus bona defuncti ad sicutum devolvi. Grot. 2. manud. 30.

Sobrino sobrinaque nato natare] Bonorum possessio, ait Ulp. quæ ex hac edicti parte datur, cognatorum sex gradus complectitur, & ex septimo duas personas, sobrino & sobrina natum & natam, l. 1. §. 2. unde cognat. Propter has autem duas personas, quæ ex septimo veniunt, Paulus videtur septem gradus constituisse, lib. 4. sent. 11. in fin.

Ratio succedendi ab intestato ex jure novissimo.

Quemadmodum fundamentum successione antique fuit conservatio gentium; ita Justinianus nature sequitur simplicitatem, eos ad successione vocavit Nov. 118. quos defunctus quam maximè dilexisset censetur, id quod & aliis gentibus placuisse novimus. Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 7. §. 3. Cum itaque jam pridem observarent Philosophi in *ἡλικὸς τῶν ἀποθανόντων* τὸ εὐδὲ τῶν *ἡλικίων*, ἢ τὸ *ἡλικίων* τῶν ἀποθανόντων, τὸ κατὰ τὴν ἀρετὴν τῶν ἀδ' ἢ, magis adici casum gentium erga gentium, quam gentium erga gentium: idque quod ex aliquo ortum est, id ei quasi proprium esse, præter causam autem egentem & gentium magnum inesse momentum videri oportet *ἡλικὸς τῶν ἀποθανόντων* & *ἡλικίων* τῶν ἀποθανόντων. Arist. Ethic. ad Nicom. lib. 8. cap. 12. consequi videbatur, ut successio primum DESCENDERET; si quo descendere, non esset, ASCENDERET; si nec ascendere posset, ad LATUS divergeret. Nov. 118. pref. HEIN.

De successione liberorum.

- 1 Jure Novell. liberos omnes, non habita ratione familie, sexus, gradus, cæteris omnibus in successione parentum præferri; & qua inde consistaria.
- 2 Dna. causæ, in quibus alia persona cum liberis admittitur.
- 3 Qui succedendi in hoc ordine modus.
- 4 De liberis legitimis, illegitimis, & adoptivis, rursus.

Succedendum ab intestato tres ordines Justinianus novissime fecit Nov. 118. Primus est

descendentium sive liberorum defuncti. Hos voluit cæteris omnibus præferri, solumque admitti ad hereditatem parentum intestato mortuorum, & ita admitti omnes, ut neque seorsum, neque familie, neque gradus ulla prærogativa esset: sed sive masculi sint, sive feminae, sive ex masculis, sive ex feminis descendant, & sive sue sint potestatis, sive sub potestate primi sive inferiorum graduum, ascendentibus omnibus & lateralibus præponerentur, d. Nov. 118. c. 1. Ex quo primum intelligimus, liberos emancipatos in hac successione suis sic exequari, ut illi jam non amplius indigent auxilio prætoris. Esti nihilominus ad acquirendam hereditatem, eamve ad quoscunque heredes transmittendam, necessaria iis sit aditio, uti & iis, qui ex feminis descendunt, ut bene doctissimus Vigl. in §. sed hæc §. sup. de exher. lib. Deinde sic admitti, ut etiam patri, in cujus potestate defunctus fuerat, præferantur in iis bonis, quæ patri ex constitutionibus non acquiruntur: quod etiam expressè d. c. 1. cautum est. De pluribus autem gradibus liberorum sic statuit: vivos quidem liberos primi gradus obitare nepotibus ex te natis in successione avi; illis autem mortuis; nepotes in locum eorum succedere, & admitti ad successione avi, sive soli sint, sive cum filiis defuncti, isdemque thisi suis concurrant; ut jam olim juris fuit in nepotibus suis hereditibus, §. cum filius. c. sup. de her. qua ab. intest. Quid si filius emancipatus sit, nepos in potestate retentus? Dicendum est, filium solum excluso nepote admitti, ut nunc amplius locus non sit edicto de conjugendis cum emanc. lib. arg. d. c. 1. quod D. Gudelinus lib. 2. de jur. nov. c. 13. post D. Welfend. in pr. ad illud edictum, rectè observavit: ut uti negent Cujac. ad hanc Nov. & Hotom. ad calcem tit. de her. qua ab. int. Duo tantum sunt casus, quibus parentes superstes cum liberis ad certam partem jure singulari admittuntur; pater in ulnistratum virilis partis bonorum, (i quo ex hereditate materna ad filios emancipatos pervenerunt l. 2. C. de bon. matern.) conjux inops in bona conjugis locupletis pro quarta aut virili usufructus eorum, Nov. 53. tit. Nov. 117. cap. 5. auth. prætoris, unde cur. & ux. de quo plura D. Tald. comm. de her. qua ab. int. cap. 14. Cæterum neutrum horum jure patrio obtinet. Modus succedendi in hoc ordine talis est. Nepotes sive soli sint, diversarum tamen stirpium, sive cum thisi suis concurrant, succedunt in stirpes; quoniam jure representationis semper veniunt, ut scilicet in parentis demortui locum succedant, non habita ratione, cujus sexus patris fuerit, aut ad liberos in potestate habuerit, nec ne, dist. cap. 1. quod representandi jus etiam in pronepotibus, & deinceps cæteris locum habet, concurrentibus cum iis, qui sunt gradu proximiores: per §. ult. sup. de her. qua ab. int. Liberi

verò omnes qui ejusdem sunt stirpis & gradus, in capita succedunt, id est, viritum, ut æqualiter hereditas inter eos dividatur, d. c. 1. fa. it. §. 6. & d. §. ult. de her. qua ab. int. Sciendum autem est, Justinianum toto d. cap. 1. Nov. 118. loqui de tollis liberis natis ex justo matrimonio; quibus tamen etiam exequati sunt in hac causa liberi legitimi, §. 2. sup. d. tit. ut diximus Nov. 74. & 89. De illegitimorum successione alibi tractavimus, §. pen. sup. de Senatusconsult. Offic. In successione adoptivorum sequendum, quod constitutum est l. penult. C. de adopt. de quo non uno loco differimus sub tit. de her. qua ab. intest. Sæpe etiam alibi monuimus apud nos adoptionem in usu non esse, ceterè non tribuere jure liberorum, aut cognationis omnino, ut sub. rubr. de adopt. & sub tit. de exher. lib.

tandem ex successione liberorum illegitimorum: & de adoptivis ex jure veteri & l. pen. G. de adopt.

De successione lateralium.

- 1 Qui primi in hoc ordine; & qua ratione vocentur?
- 2 Utrum fratrum filii, quando soli sunt, in capita, an in stirpes succedant?
- 3 Qui secundum loco veniant; & utrum fratres consanguinei & uterini concurrentes; ex quo in bona omnia defuncti fratris, an illi in partem, sit in materna succedant?
- 4 Qui, qua ratione postremo loco vocentur.

Tertius ordo collateralis habet, qui omnes ex d. Nov. 118. cap. 3. veniunt remoto discrimine sexus, agnationis cognationisve. Hoc inter primum locum obtinent fratres fororeque germani seu ex utroque latere conjuncti; cum quibus tamen admittuntur & fratrum eorum defunctorum filii jure representationis, ut tantum forant, quantum pater eorum habiturus fuisset, & quævis soli sint, præferuntur tamen defuncti thisi, atque adeo fratribus ex uno tantum latere defuncto conjunctis, quemadmodum pater eorum, si vivisset, isdem defuncti fratribus, & tam consanguineis, quàm uterinis præferentibus fuisset, d. c. 3. auth. itaque C. comm. de success. Omnia contra rationem juris veteris, quo jure fratres, qui tantum consanguinei sunt, idem jus habent, quod germani; & ad patrus æquè ac ad fratrum filios legitima hereditas pertinet; nec non ad avunculos æquè, atque ad filios fororum honoraria, l. 1. §. pen. unde cogn. sup. de legit. agr. succ. & de success. cogn. Illud non satis expeditum est, nunc fratrum filii, quando soli existunt, in stirpes, an verò in capita ex jure novissimo succedere debeant. Accurios censuit, etiam tunc in stirpes succedere. Azob. contra in capita. Uterque magnos habet propugnatores quos vid. apud Forster 8. ad success. ab. intest. cap. 3. Fachin. 6. cons. 3. Mihi semper probabilior visa est. Azonius sententia: propterea quod juri veteri & constitutionibus quoque posterioribus consentanea est, §. hoc etiam 4. sup. de leg. agr. success. l. 2. §. 2. de suis & legit. l. non. su. & ultim. §. 3. C. de legit. har. nec ostendi potest. Justinianum quoque, quod quidem ad hanc causam attinet, innovasse. Nam quod accurios enimque secuti sunt, constructio Justiniani filios fratrum jure representationis vocari, atque ex eo sic argumentatur. Qui jure representationis succedunt, illi non aliter succedere possunt quàm in stirpes, cum non amplius possint accipere, quàm is, cujus locum representant, accepturus fuisset, §. cum filius. c. sup. de her. qua ab. int. Ad filii fratrum succedunt jure representationis, d. c. 3. Nov. 118. Ergo, Ad hoc respondeo, falsam esse istius

De successione parentum.

- 1 In hoc ordine quis succedendi modus, & an referat, unde bona obveniant?
- 2 Qui pariter cum ascendentiis admittantur, & in quam partem?

Secundus ordo ascendentium est, sive parentum. Hi liberi defuncti non extantibus ad legitimam liberorum suorum hereditatem vocantur hoc modo. Si nec fratres defunctus reliquerit, succedunt soli, & soli inter eos, qui sunt gradu proximi, d. Nov. 118. c. 2. Et siquidem ex eadem sunt linea, succedunt in capita: quippe in hoc ordine locum non habet representatio, d. c. 2. auth. defuncti. C. ad Sen. Tert. in ex diversâ latere in stirpes, ut semel unum paterni, alterum materni, licet impares numero, sequantur, d. c. 2. Nec attenditur, unde bona aut major bonorum pars defuncto obveniret, à paterna linea, an à materna, per d. c. 2. vers. si autem. Gudel. lib. 2. de jur. noviss. c. 14. Fab. C. suo, lib. 6. tit. 33. 2. deho. 2. Quod si cum ascendentibus inveniantur simul fratres ex utroque parente defuncto conjuncti, non soli parentes ad hereditatem admittuntur, sed una cum horum proximis fratres & forores superstes, quæ successio in capita est, & hoc singulare habet, quod nec usufructus portionis fratibus delatæ parentibus, quorum in potestate sunt, acquiratur, d. c. 2. vers. si vero. Possæa cum parentibus, & fratribus germanis admitti etiam eorum fratrum demortuorum filii in stirpes, data his portione, quam pater eorum superstes accepturus fuisset, Nov. 127. c. 1. auth. cassante C. de leg. her. Nepotes ex fratre non idem juris habent, neque fratres consanguinei tantum cum patre, aut uterini cum matre admittuntur, per d. c. 2. auth. defuncti. C. ad Senatusconsult. Tert. ubi DD. Sed nec fratrum germanorum filii soli cum parentibus ex d. Nov. 127. succedunt; verum ita demum, si fratres concurrant. De parentibus illegitimis sta-

argumentationis assumptionem, si in sensu divo, de quo queritur, accipiatur, hoc est, quando fratrum filii soli succedunt. Nam Justinianus in *d. c. 3.* eo tantum casu jus representationis filiis fratrum concedit, quando concurrunt cum patris aut avunculis suis: quippe cum hoc casu ex sua persona succedere non possint: quoniam uno gradu remotiores sunt fratris defuncti, quibus ne injuria fieri videatur, jus representationis introducendum fuit, ut in patris locum succederent, atque ex persona ejus vocarentur: quod necessarium non est, cum soli reperiantur: & propria ex persona succedere possunt. Non obstat exemplum nepotum, quos constat in stirpe semper succedere, sive succedant cum patris, sive soli, quasi post constitutionem Justiniani eadem planè esse ratio filiorum fratrum, quæ jure veteri nepotum fuit, ut nimirum parentum suorum locum in succedendo perpetuo occupent. Nam hæc duæ species certo jure distinctæ sunt. In linea recta descendendum nunquam proximitas spectatur, *d. §. cum filius. 6. §. ult. de her. qua ab int. in linea collateralis per petu & sola, sup. de leg. agn. succ. in pr. & in pr. de succ. cogn. l. 3. c. de legit. har. unde unum tantum casum, eum quem diximus, exceptit Justinianus. Atqui ajunt, fratris filii excludunt defuncti patrum, qui eodem gradu est, *d. c. 3.* hoc verò certum esse argumentum, eos non jure proximitatis, sed representationis, succedere. Respondet, excludunt & fratrem ex uno tantum latere defuncto conjunctum, qui uno gradu est proximior; nec tamen inde sequitur, quod putavit Fachin. *d. loc. eos hoc casu succedere jure representationis;* non magis quam si dicam, filius & filia defuncti patrem & matrem excludunt, qui eodem gradu sunt, ergo succedunt jure representationis. Sed & frater ex utroque latere conjunctus prætorum fratri ex altero latere conjuncto dumtaxat, qui tamen eodem gradu est, non tamen jure representationis. Quo igitur? Non alio, quam proximitatis; quia tertium non datur. Concludo igitur, fieri posse, ut aliqui pari gradu constituti jure proximitatis filii succedant, exclusi iis, qui eodem gradu ut etiam proximioribus sunt, si illo- rum jus sit potius, ut ex constitutione Justiniani est jus filiorum fratrum, tanquam descendendum, quam patruorum aut avunculo- rum, qui instar sunt ascendendum: & jus plenum ius germanorum fratrum. & horum item filiorum propter duplex sanguinis vinculum, quam consanguineorum tantum aut uterino- rum, *Nov. 84. c. 1. §. 1.* Nec dicat quis, hoc jure posito magnam liberis fratrum inferri injuriam, si forte unus plures; alter pauciores reliquerit. Nam ubi sortitui calus par in utram- que partem ratio est, neuter lædi videtur, *l. si pater. 12. c. de inoff. test.* Azonis sententia constitutione Caroli V. in Comitibus Spirenibus confirmata est anno 1519. probataque & Gallia- nis Parliamentis Papon. *lib. 21. tit. 1. arret. 11.**

et 12. Maynard. lib. 6. decis. 92. n. 3. Coñal. *in l. 1. §. ult. c. si pari har. pet. & perique* aliis suprema jurisdictionis Curis. Theaur- nianus in *d. c. 3.* Ant. Fab. *c. suo. tit. de legit. har. desin. dec. 162.* Ant. Fab. *c. suo. tit. de legit. har. desin. 1. Christin. vol. 1. dec. 194.* Atque ita quidem ego olim pro Azone. Cæterum postea dum singula *d. c. 3. Nov. 118. emulcatis* examina- vererit cepti, ne non satis ex mente & senten- tia Justiniani. Sand. verbis *d. c. 3.* Azonis opi- nio minus convenire mihi vide, nisi cum Fachin. *d. loc. eam* sic limitemus, ut eo dumtaxat casu procedat, quo fratrum filii ex propria persona veniunt: non autem quando vocantur ad ex- clusionem aliorum, qui alias aut cum iis con- currentur, ut eos ipsos excluderent: de quo nos opulentius *lib. 2. select. quest. c. 30.* Post fratres germanos eorumque demortuorum filios admittunt fratres consanguinei & uterini, & cum his eorum demortuorum filii in stirpe, *d. Nov. 118. c. 3. auth. post fratres. c. de leg. har. Ac- que* hos ex æquo succedere in omnia fratris de- functi bona, sive ea paterna sint, sive materna, sive quaesita aliunde, magna causa est exi- timens: licet DD. comm. contra sentiant, & consanguineis paterna, uterinis materna assi- gentur, aliunde quaesita demum æqualiter cen- seant distribuenda: uti & Fortier. *l. 8. c. 8. Gomez. ad l. Tauri. 8. num. 8. Gudelin. lib. 2. de jur. nov. c. 15.* Nam primum bona cuiusque undecumque profecta unum & simplex patri- monium ejus constituunt, atque ex vera rati- one juris successio fit in bona univerfa, æqua- lique jure succedentes æqualiter defunctum repræsentant: qua eadem ratione plerique defen- dendunt, parentem liberis filii, remota quæ- stione unde bona obvenierint, succedere. Fortier. *lib. 7. cap. 4. num. 6. & seqq. Fachin. 6. cont. 4. Covar. epit. de succ. ab intest. num. 3.* Deinde Justinianus primo utrinque conjunctos simpliciter præsert conjunctis ex uno latere, ac mox post filios etiam hæc indistinctè vocat. Quod si causa & origo bonorum spectaretur, vide quæ huc res sint consequentia. Unum est, ut consanguinei cum germanis admittantur ad bona paterna, uterini cum iidem ad bona materna. Secundum, ut admittantur & multo magis cum eadem distinctione bonorum consanguinei & uterini cum fratrum germanorum filii, etenim in bonis, que v. c. à communi patre provenerunt, nihil operari potest aut debet convenire in altero fratrum defuncti à matre cognatio; ut efficeret, ut is ob eam causam præferri debeat conjuncto tan- tum per patrem, si unde bona obvenierint, non jus succedentium consideremus: quemad- modum in feudis constat consanguineos à ger- manis non excludi. Alvarot. *in rit. de success. frat. §. in his verbis. lib. 2. Feud. tit. 11. Curt. tract. de feud. part. 3. n. 56.* Denique si defunctus nulla bona materna habeat, sed paterna dumtaxat, uterinum hac ratione frater consan- guineus in totum submovetur. Quæ quidem omnia

omnia & cum verbis & cum mente Justiniani in *d. c. 3. Nov. 118.* purgare videntur, consan- guineos & uterinos simpliciter & pari jure ad successionem intestati fratris vocantis. Commu- nis opinio fundatur in *l. 2. de emancipatis. 13. §. 2. c. de legit. har. & Nov. 84. rep. 11. §. 2. sed verissimum est, minimèque obcurum, quod etiam D. Gohofr. *ad d. l. 13.* notat, textus istos per hanc novellam nostram abrogatos esse: quippe in quibus pater fratris omnibus potest ponitur: nec tamen alio casu, quam cum pater eadem vivit, & usufructum consequitur, ut ad eam matrem nati in bonis, que à matre pro- fecta sunt, consanguineis præferuntur. Postremo veniunt ceteri collaterales, & tam ex uno late- re, quam ex utroque cognatione juncti. Quo autem quisque proximior est, ita alterum excludit. Si plures sint ejusdem gradus, in capita fami- liam dividunt, *d. Nov. 84. c. 3. in fin.* Unde duo colligimus, quæ diligenter notanda sunt. Unum est, quod ñqualitas duplicis conjunctio- nis sive plenioris sanguinis non consideratur ultra fratres eorumque filios; alterum, quod jus representationis in hoc ordine fratrum filii terminant. De successione lateraliu illegitimo- rum plene diximus *lib. 5. pen. de success. cogn. De lateraliu adoptivis ad §. 2. de legit. agn. succ.**

Forma succedendi ab intestato apud Hollandos & Westfrisos.

- 1 Quibus in optatis & agris Scabinico olim jure, & in quibus Ædimoico circa successionem ab intestato est.
- 2 Successio Scabinica qualis, & quo fundamento nascitur?
- 3 Juris Ædimoici ratio, & qualis ex eo jure successio?
- 4 Jus uniforme introductum constitutione polit. an. 1800. sed ab eo recessum an. 1899. ut jam iterum duplex apud nos sit succedendi ratio.
- 5 Communia utriusque juris in successione descendentiu & ascendentiu.
- 6 Uno ex parentibus defuncti liberis non relinquendis mortuo, quid juris apud meridianos, ubi viger constitutio politica?
- 7 Quæ circa successionem collateralium juxta d. constitutionem in universum tenenda?
- 8 Notatur insignis differentia inter jus Rom. & hoc nostrum, circa jus representationis in linea transversa.
- 9 Quid si nec fratres nec fratrum filii aut nepotes exierit? & quid si aliquid d. constitutione omissum, ex quo jure de eo statuendum?
- 10 Forma succedendi apud septentrionales & Westfrisos ex placito de success. ab intest. edito anno 1899. si defunctus nec liberis reliquerit, & alterum tantum parentum superstitem habeat.
- 11 Decisio controversa cuiusdam orta ex verbis finalibus art. 3. d. plac. Vinnius in Institutis.

- 12 Quomodo successio collateralium juxta d. plac. est procedat?
- 13 Quando avus & avia, fratrum nepotes & avineci, & quam in partem singuli vocentur?
- 14 Quando & quomodo patris, avunculi, & iis deficientibus ceteri?
- 15 Quomodo diviso fiat, si cum fratrum filii ne- potes ex fratre concurrant?
- 16 Distinguitur honorum in nulla harum successio- num attendi.
- 17 Quod d. placito definitum non est, ad cuius juris normam id exigendum?
- 18 Quando & quibus in bonis prædicta consensio- nes non obstant?

IN his regionibus duplex ratio succedendi ab intestato, eaque toto inter se celo distans, usurpata quondam fuit, una ex jure Zelandico, quod nostri Scabinicum appellant, altera ex veteri jure Frisiorum, quod Ædimoico sive Ædimoico dicimus. Illo utebantur urbes & agri Hollandiæ meridionalis, que scilicet Rheni & Mosæ fluminibus concluditur, cuiusque caput est Dordracum: hoc in uribus & agris trans Rhenum & Yssalam ad Aquilonem positus usque tunc erat, videlicet in Noordhollandia, Flen- nermelandia Westfrisia, atque in tota etiam Rhylandia, licet magna hujus territorii pars cis Rhenum sita sit ad Africum. Cæterum Haga- comitantes & Roterodamenses, quamvis ad plagam Yssalæ septentrionalium positæ, Scabinico jure uti sunt, Juris Scabinici seu successiois Ze- landicæ hoc fundamentum fuit, *De Bode moer gaen van daer 't gekomen is*: hoc est, bona eo re- dire debent, unde profecta sunt, quod tamen sic acceptum, ut liberi semper in locum paren- tum veniant una manu, ut scilicet non plus omnes accipiant simul, quam parens eorum habiturus fuisset. Hoc principio posito, graduum aut proximitatis ratio non magno pre habenda fuit; sed potius spectandum, unde bona ad defunctum per successionem pervenerint aut pervenire poterint. Hinc est, quod si liberi non extarent prima in successione causa utrius- que simul parentis erat, nimirum quis bona defuncti ab iis profecta censebantur, non quod primo essent gradu. Indem est, quod altero parente mortuo, nec superstes, nec fratres, nec ulli alii per eum defuncto juncti ad hereditatem partem ullam hereditatis admittenda- tur, sed cognati parentis præmortui, etiam si remotioris essent gradu. Hinc item est, quod utroque parente mortuo fratres germani in concu- rsu cum consanguineis & uterinis, aut horum alterutris, duplici divisione utebantur. Ne plura commemorem, verum juris Scabinici schema nobis exhibet constitutio politica edita an. 1800. excepto quod infinitam collateralium repræsentationem ad fratrum nepotes & patruorum æque avunculo- rum filios restringit. Jus Ædimoico- rum contrario fundamento nititur, hoc nimi-

rum, s' *Naspe bloede, beord her goede*, id est, proximus sanguine, proximus successione: ita tamen ut hoc jure nihilominus descendendum causa potior esset, quam ascendendum; atque ascendendum, quam lateralem. Cum ergo in unoquoque ordine solum hic proximitate & gradum spectari placeret, hinc eveniebat, ut ne in liberorum quidem ordine representationis locus esset, sed filii excluderent nepotes, hi pronepotes, &c. ut nulla germanitatis, consanguinitatis, aut uterinitatis haberetur ratio; ut pariter & avunculi, amice & matertera cum fratribus & sororum filiis in capita succederent, denique collateralales omnes, uti quisque gradu esset proximus. Plura qui hic nosse desiderat, adeat D. Neollad. de pact. antenupt. ubi. 2. D. Grof. lib. 2. *manducati ad Jurispr. Batav.* cap. 28. Joh. Arn. Corvin. in *erol. subj. tit. lib. 3. inst.* Ex duobus his tam dissimilibus, tam diffimilibus succedendi modis tandem jus simplex atque uniforme comarum est, quod sine distinctione in locis omnibus hujus Provinciae servaretur. Id effectum AA. Ordinum constitutione politica anno 1580. Ceterum cum ea constitutio premodum in omnibus partibus sequebatur jus Scabinicum, illi autem, qui juri Ædomico affluenti erant, exceptis paucis mediis Rhenum inter & Yffalam adduci re non poterant, ut à jure majorum, præsertim quantum parentibus favorebat, tam longè, quantum à constituto, recederent, concessum postea est his quærentibus jus speciale, ex Ædomico & Scabinico mixtum ac temperatum: quod factum anno 1599. constitutione sive placito de successione ab intestato: in cuius placiti principio urbes & agri enumerantur, quibus penitus hoc jus indultum est. Ex quo tempore iterum diversum jus in causa successione ab intestato uti coepimus: alio in oppidis & agris Hollandiæ meridionalis; alio in Noord-Hollandiæ & Westfrisiæ, illic eo, quod in commune fanciunt est anno 1580. hinc illo temperato, quod specialiter constitutum anno 1599. præterquam in pagis quibusdam & vicis, iis nimirum, quos nominatim hæc constitutio excipit.

Utroque jure in successione ab intestato prima causa est liberorum: in qua successione gradus non quaeritur, sed cum liberis primi gradus succedunt & liberi gradus secundi aut inferiorum jure representationis seu in stirpes, ut tantam portionem accipiant, quantum pars eorum laturus fuisset, *art. 20. conf. polit. art. 1. placit. de success. ab int.* in quo nihil difformè à jure Romano; uti neque in eo, quod liberi, qui aliquid à parentibus accepterant extra causam simplicis donationis, veluti ad subsidium matrimonium, ad mercatorem, aliamve negotiationem exercendam promovendam, id fratris consoribus in divisione hereditatis conferre debent, *art. 29. d. conf. & polit. l. pen. §. 1. c. de collat.* Igitur quod descendentes atque, ut communi jure per totam Hollandiam & Westfri-

siam utimur, scripto Romanorum per omnia consentaneo. Illud quoque in commune statum & receptum est, ut deficientibus liberis defuncti si uterque parens primi gradus, sive pater & mater adhuc vivant, hi soli ad universam liberorum suorum successione veniant, & fratres quantumvis germanos, eorumque filios excludant, quos simul admittit Justinianus, *art. 21. d. conf. & art. 2. d. placit.* Alteri verò parente mortuo, jus variat. In omni autem successione, si fortè brevitatis causa masculorum tantum mentionem faciemus, memento, in eorum appellatione etiam feminas cognatas complecti. In Hollandiæ meridionali, ubi antea jure Scabinico seu Zelandico utebantur, recepta est in omnibus partibus dicta constitutio politica anni 1580. qua constitutione, quantum atinet casum propositum, cautum est, ut altero è parentibus defuncti, de cujus successione agitur, mortuo, parens superstes à successione excluderetur, ne quis alius descendendum rupto morte unius è conjugibus thoro, ad liberorum suorum successione venire possit, *art. 22. & 25. d. conf. polit.* Uti si in cognatione paterna vel materna aut utraque reperiretur avus & avia ambo adhuc superstes, hi defuncti thisi ex eodem latere, eorumque liberis præferantur, *art. 24. d. d. conf.*

De successione collateralium juxta *d. conf. polit.* hæc ante omnia & in universum tenenda sunt. Primum uno ex primi gradus parentibus defuncti, qui liberis non reliquit, mortuo, sicut parens superstes alique per hunc parentem ascendentes, à successione remouentur, ita nec ullos laterales per eundem parentem superstem defuncto conjunctos ad successione ejus vel in totum vel ex parte venire posse. Secundo, mortuo utroque parente, hereditatem tunc dividit in duas æquales partes, quarum alteram patrini, alteram materni ferant; nec considerari utrum à parte patris, an à parte matris major pars bonorum possidet. Tertio uno dumtaxat parentum mortuo, totam hereditatem ex eo solos pervenit, qui ei, de cujus successione agitur, per illum parentem mortuum conjuncti sunt. Quarto hinc est, quod mortuo patre & matre, fratres & sorores consanguinei ceterique collateralales ex uno tantum latere defuncto conjuncti, admittantur solum dimidia seu semiplena manu, ita ut ex utroque latere conjuncti primo semissem totorum bonorum sibi vindicent: deinde alter semis inter eodem & ex uno latere conjunctos dividatur: qui iidem contra, uno ex parentibus mortuo, plena manu veniant, si defuncto conjuncti sint per parentem demortuum. Hæc ita comprehensa sunt declaratione super ordinat. de success. edita anno 1594. Postremo & illud sciendum, quamquam hoc nunc per totam Hollandiam observatur, jus representationis (quod est vetus jus Scabinicum) porrigi tantum in linea transversali ad fratrum & sororum nepotes, & patru-

8 rum atque avunculorum filios inclusivè. Ubi notanda insignis inter jus Romanum & hoc nostrum differentia. Nam jure Romano in linea collateraliali soli jus representationis habent fratrum filii, nostro etiam fratrum nepotes & patruorum atque avunculorum filii: fratrumque præmorum filii & nepotes etiam tunc cum soli sunt, non in capita, sed in stirpes jure representationis succedunt. Inter ceterum autem laterales jus Ædomico servari, quo jure qui gradu proximior est, ultorem excludit, pariterque gradu in capita succedunt, *art. 28. d. conf. polit.* Quod autem apud Roterodamenses duobus gradibus ulterius, quam dictum est, jus representationis extenditur, ex speciali concessione est. Igitur vel utroque parente vel altero deficiente, fratribus & sororibus, & jure representationis filios eorum ac nepotibus defertur hereditas: ut tamen in familia erescenda, quod ad fratres & deinceps ex uno latere conjunctos attingit, servatur illud discrimen, cuius modum mentio facta, *art. 22. & seqq. d. conf. pol.* Si nec fratres nec fratrum filii aut nepotes extent tunc hereditas, ut dictum est, in duas partes fecatur, quarum unam laterales paterni accipiunt, alteram materni, *art. 27. d. conf.* Quod si contingat, adhuc avum & aviam simul, sive paternos, sive maternos, in vivis esse, hi soli in eo latere, in quo reperiuntur, heredes erunt. Sed avo atque avia aut altero eorum mortuo, succedunt patrui & avunculi, & jure representationis sive in stirpes etiam eorum filii. In cæteris & remotioribus gradibus jus Ædomico servari placet, hoc excepto, quod fratrum pronepotes & deinceps, quamvis quinto aut ulteriore gradu sint, tamen in successione præferantur avo, avie & qui supra hæc sunt ascendentes: item patrui, avunculi eorumque liberis. Ceterum in capita, non in stirpes hereditatem patiuntur, ut tam dictum est. Si quid incidere, quod non satis expressè per *d. conf. pol.* decium videri possit, de eo non ex jure Romano, quod nominatim d. constitutio abrogat *art. 19.* led secundum præcedentia theoretamur, & porro ex jure Scabinico in locis, in quibus hoc usurpatum fuit, statuumdum erit.

Apud Hollandos autem septentrionales & Westfrisos, qui antea simplici jure Ædomico utebantur, hæc porro forma succedendi ex placito de success. ab intestato anni 1599. servatur. Mortuo uno ex primi gradus parentibus ejus, de cujus successione quaeritur; & qui nec liberis reliquit, parens superstes una cum fratribus defuncti & fratrum filii ac nepotibus per representationem ad intestatam successione admittuntur, *art. 3. de plac. de success. ab intest.* Cùmque jure Romano parentes cum fratribus defuncti vocentur in capita, *d. Nov. 118. c. 2.* hic patres superstes in semissem hereditatis venit, alter femis inter ceteros dividitur. Ceterum hic etiam cum parente superstite admittuntur fratres

ex uno latere, modo per parentem præmorum defuncto conjuncti; eorumque filii & nepotes: eum jure Romanorum soli concurrant fratres germani eorumque filii, non etiam nepotes; ut supra demonstratum. Quod si defunctus nullos fratres per parentem prædefunctum conjunctos habeat, tunc ad solum parentem superstem tota successio pertinet, etiam si prædictorum fratrum liberi superstint, aut etiam fratres defuncto conjuncti per parentem superstem dumtaxat. Quod deficientibus fratribus germanis nihilominus cum parente superstite admitti dicimus fratres ex uno latere conjunctos, dum ex præmortuo, id quidem parum convenire videtur: sed tamen lite super ea re exorta inter patrem superstem & fratrem defuncti ex præmortua matre, Curia provincialis secundum fratrem pronuntiavit: & appellatione quoque deinde interposita, sententia Curie à supremo Senatu approbata est. D. Coren. *obf. var. à sup. Sen. jud. 29.* Cæteri ascendentes demum post fratres eorumque filios & nepotes, uti quisque proximior est vocantur, idque in capita, *art. 7. de plac. de succ. ab intest.* Enimverò si defunctus non alios fratres aut fratrum filios nepotes reliquerit, quam ex uno tantum latere conjunctos, & ex altero latere avum aut aviam, aut his etiam remouentibus superstes superstes habeat, hoc casu placet, prædictos fratres eorumque filios & nepotes jure representationis succedere in uno semissem tantum, alter femis proximo memoratorum ascendendum attribuitur, si plures sint ejusdem gradus, viritum distribuendus, *art. 6. d. placit.*

Collateralium autem successio sic secundum *d. plac.* procedit. Si neque liberi nec primi gradus parentes extent, fratres fratrumque filii & nepotes (qui hic etiam cum altero parente superstite succedunt eo, quo supra diximus, modo) ad universa defuncti bona veniunt, videlicet fratrum filii & nepotes jure representationis, *art. 4. d. conf. de success. ab intest.* Fratres germani eorumque filii & nepotes in consensu cum consanguineis & uterinis, gemina divisione, hinc consanguineis, illinc uterinis eorumque filii & nepotibus partem auferunt, *d. art. 4.* Quod si vel consanguineis tantum, vel uterinis tantum eorumque filii aut nepotes, cum germanis eorumque filii ac nepotibus concurrant, tum duo semissem sunt, quorum alter inter fratres vel consanguineos vel uterinos, eorumque filios, vel nepotes, & fratres germanos eorumque item filios aut nepotes dividitur; alterum soli sibi habent germani eorumque liberi, quos diximus, utpote qui ex hoc latere nullos alios eorumque habent, *d. art. 4.* Si fratres germani eorumque liberi primi & secundi gradus defuncti vocentur in capita, *d. Nov. 118. c. 2.* hic patres superstes in semissem hereditatis venit, alter femis inter ceteros dividitur. Ceterum hic etiam cum parente superstite admittuntur fratres

an per alterum dumtaxat, *art. 9. de plac.* Si nec patri nec avunculi extant, soli sanguine proximi ad hereditatem in capita veniunt, nullo item discrimine habito, utrum cognatio procedat à fratribus utrinque, an ex uno latere dumtaxat conjunctis. Et convenienter patrum magni & avunculi magni cum consobrinis aequaliter succedunt, *art. 10.* In successione collateralium representationi locus non est, quando omnes, qui ad successionem vocantur, eodem aut pari gradu cognationis defunctum contingunt, *art. 11. d. plac.* Ceterum si defunctus non alios priores cognatos reliquerit, quam fratrum filios, & cum his item nepotem nepotese alterius fratris, filio etiam hujus premortuo, hoc casu fratrum filii succedunt in capita, nepotes fratris in stirpes seu jure representationis, *art. 12.* Porro nulla in successione in locis commemoratis, ubi viget *d. plac. de succ. ab int.* attenditur, unde aut à qua parte bona profecta sint, neque utrum sint hereditaria, an ex quaestu, aut aliunde obvenierint, *art. d. plac. 19.* Postremo si quid incidens videri possit, *d. constit. de succ. ab int.* non satis evidenter definitum, id non ad normam juris Eldomici Scabinicive, aut constitutionis politicæ, (quippe quæ, quod ad successiones ab intestato in prædictis locis actinet, sublata est) sed ad rationem juris scripti Romanorum dirigendum erit, ut nominatim cautum *art. 14. d. constit. de succ. ab int.* Illud etiam sciendum est, prædictas constitutiones DD. ordinem non alias locum habere, quam si testamentis, pactis antenuptialibus, aliisve modis, expressis *art. 19. & 20. polit.* aliter cautum non probetur. Successionibus quoque feudali-proinde in feudis antiquæ & propria natura succedendi etiam nunc sequenda erit, de qua tractatum scripsit D. Neofadius pie memorie, supremæ apud nos Curie quondam Senator, add. D. Hug. Gro. *introduc. ad Jurispr. Batav. lib. 3. cap. 41.*

confangueis, & filiis eorum ac nepotibus in stirpes; altera uterinis eorumque item filiis ac nepotibus simili modo in stirpes. Quod si fratres, fratrum filii, aut filiorum filii, qui supersunt, omnes ex uno dumtaxat latere defuncto conjuncti sint, tum hi fratres, sive consanguinei sive uterini, eorumque filii & nepotes, per representationem in universa defuncti bona succedunt, nisi forte avus aviæ, aut supra hos alii adscendentes (defuncto per alterum latus juncti) supersint: quo casu placet, memoratos fratres, sive consanguineos sive uterinos, eorumque filios & nepotes, jure representationis admitti in semissem hereditatis dumtaxat: in alterum semissem prædictos avum & aviam aliove adscendentes pro virilibus portionibus venire *art. 6. d. placit.* Post fratres omnes eorumque filios ac nepotes ad universam successionem defuncti vocantur avus, avia, & ceteri adscendentes jure proximitatis atque in capita: quod etiam locum habet, etiam ab una parte avus & avia, ab altera alter tantum supersit: atque ita porro in remotioribus adscendentibus pari gradu defuncto conjunctis, *d. placit. art. 7.*

Adscendentibus quoque cunctis deficientibus, tum proximi descendentes ex fratrurn liberis secundi gradus, pronepotes fratrum scilicet & deinceps, qui quinto gradu aut ulteriore sunt, ad omnia bona defuncti veniunt, exclusis cunctis ceteris collateralibus. Succedunt autem non in stirpes, sed in capita, nec queritur, utrum progeniti sint ex defuncti fratribus germanis, an consanguineis, uterinisve, *art. 8. d. plac.* Ac tamen qualitas duplicis conjunctionis jure Romano ultra fratres eorumque liberos primi gradus non attenditur, hoc nostro tamen jure finitur demum in fratrum liberis gradus secundi. *14* Post hos vocantur patrum & avunculi in capita, eorumque liberi primi gradus ex representatione, succeduntque in omnia defuncti bona, sine inquisitione, utrum patrum aut avunculi per utrumque parentem patri defuncti juncti sint,

TITULUS SEXTUS. DE GRADIBUS COGNATIONUM.

Dig. Lib. 38. Tit. 20.

TEXTUS.

Continuatio, & Cognationis divisio.

Hoc loco necessarium est exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare in primis admovendi sumus, cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transverso, quæ etiam à latere dicitur. Superior cognatio est parentum; inferior liberorum; ex transverso fratrum sororumve, & eorum, qui quæve ex his generantur: & convenienter patrum, amittæ, avunculi, materæ. Et superior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea, quæ ex transverso numeratur, à secundo.

COMMENTARIUS.

1 *Causa, ab qua cognationum gradus nasse operent: & cur seriem generationum gradus Jurisconsulti vocentur?*

2 *Qua serie gradus numerentur tum in generationis linea recta, tum in laterali.*

N On unam ob causam Jurisconsultus cognationum gradus nosse debet: nam & legitime hereditates & tutelæ ad proximum quemque agnatum redire consueverunt, & edicto prætor proximo cuique cognato dat bonorum possessionem, *l. ult. in pr. de grad. & affin.* & jure novissimo ab intestato tam ad hereditatem, quam ad tutelam cognati omnes, id est, non tantum agnati, sed etiam ceteri cognati, servata gradus prerogativa vocantur, *Nov. 118. c. 4. & 5.* Præterea lege publicorum judiciorum contra certi gradus cognatos inviti testimonium dicere non cogimur, *l. 4. de test. di. l. ult. de grad. & affin.* Sed & propter nuptias distinctio graduum cognationis cognoscenda est, maxime post jus Canonicum, quod hic diversa à jure civili dinumeratione uti coepit: quam differentiam, eo quod in causis matrimonialibus dumtaxat etiam in foro Ecclesiastico servatur, supra exposui ad *§. 4. de nupt.* Primus autem & potissimus hujus disputationis usus jure civili in hereditatibus cernitur: atque ob hanc causam ait Imperator, necessarium esse hoc loco exponere, quomodo gradus cognationum numerentur. Itaque proposita primum divisione cognationis respectu linearum, in quibus gradus collocantur, gradus ipsos deinde specialiter enumerat, eorumdemque numerandum rationem hoc titulo ostendit. Gradus Jurisconsulti *primogenitus* vocant ipsam genera-

tionum seriem, quod alii ab aliis, quasi gradibus quibuldam oriuntur. Gradus, inquit Paulus, dicti sunt à similitudine scalarum, locorumve proclivium, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transimus, *d. l. ult. §. gradus. 10. de grad. & affin.* *Aliam supra, aliam infra, aliam ex transverso.* Linea graduum cognationis duplex est: una recta & perpendicularis; altera transversa sive lateralis: illa, vel est superior, in qua sunt patres, id est, omnes adscendentes; vel inferior, in qua liberi, id est, descendentes, hæc eorum est qui ex latere veniunt, fratrum scilicet & sororum, & qui ex his generantur, item patruorum, &c. Estque vel equalis, in qua latera utrinque coeunt, quæ scilicet eorum est, qui pari gradu distant à communi parente: vel inequalis, cum alter est remotior, ut patruus & fratris filius. Recta linea & sursum & deorsum initium capit à primo gradu; transversa autem incipit à gradu secundo, *l. 1. §. 1. l. si unum 9. de grad. & affin. & hoc text. infra.* Ut ecce, pater recta generat filium: filius recta generatur à patre: & ita deinceps adscendendo aut descendendo progrediendum, totidemque gradus numerandi, quot sunt generationes. Lateralis autem cognatio est alio origine tractit, quam de cujus hereditate agitur, puta frater ex patre aut matre, patruus & avunculi ex avo & avia: nam frater, verbi causa, à fratre non generatur, sed ut ortus utriusque auctor est communis parens, ita & conjunctio eorum ab eo pendit. Itaque quamvis gradus semper numerentur per generationes, id tamen in cognatione laterali fit serie nonnihil diversa. Etenim cum à latere ad latus perveniri non possit, nisi per eum transeas à quo veluti communi limite utrumque latus descendit, necesse est primum ut ab eo, de cujus cognatione queritur ad communem cognationis auctorem, *l. 1. de grad. & affin. in pr.* sursum progrediare, & inde rursum deorsum ad alterum; de quo & ipso queritur. Quomobrem si queratur frater quoque gradu à fratre distet, primum ab uno fratre adscendentium est ad caput utriusque, patrem scilicet; deinde descendendum ad alterum fratrem, & compariendum, fratres duobus gradibus inter se distare: ut ecce, ego genitus à patre meo; hic habet unum gradum: idem pater meus genuit Titium fratrem meum; hic habet alterum. Pari ratione si queratur, quoto gradu patruus tuus tibi conjunctus sit, adscende primum ad avum vestræ cognationis communem limitem: deinde iterum descendente ed ejus filium, qui est patruus tuus, & reperies eum tibi conjungi tertio gradu

cognationis. In remotioribus longiori circuitu opus est: eadem tamen proportio servatur; numerum enim generationes, & gradus numeravimus. Atque hoc est perspicua, germana, ipsique naturæ prorsus consentanea graduum numeratio.

TEXTUS.

De 1. 2. & 3. gradu.

Primo gradu est supra pater, mater: infra filius, filia. 2. Secundo gradu supra avus, avia: infra nepos, neptis ex transverso frater, soror. Tertio gradu supra proavus, proavia: infra pronepos, proneptis: ex transverso fratris sororisque filius, filia: & convenienter patruus, amita, avunculus, matertera. Patruus est patris frater, qui Græcis πατράδης appellatur. Avunculus est fratris matris, qui Græcè μητρός ἀδελφός dicitur, & uterque promiscuè δέδωκε appellatur. Amita est patris soror, quæ Græcè πατρός ἀδελφή appellatur. Matertera verò matris soror, quæ Græcè μητρός ἀδελφή dicitur: & utraque promiscuè δέδωκε appellatur.

COMMENTARIUS.

In his §§. nihil est, quod interpretem desideret. Nomina Græca, quæ hic addita, non sunt apud Gajum l. 1. §. 3. & 2. seq. de grad. & affin. & quædam etiam desunt, quæ aliter leguntur in aliis editionibus. Pro πατρός ἀδελφός & μητρός ἀδελφή apud Cujac Hot. Cont. Weseleb. legitur πατρός & μητρός, quomodo & Theophilus habet. Illa autem ἀδελφός & ἀδελφή non agnoscunt: nec satis Græca sunt: quoniam Græci non solent sic composita esse terminatione feminina: & discretè Pollux in ὀνομαστικῆν τῶν πατρῶν ἀδελφός πατρῶν ἀδελφός, τῶν μητρῶν ἀδελφός ἀδελφός appellari: ὅθεν & δέδωκε communia nomina esse censuit, quibus promiscuè fratres & sorores tam patris, quam matris appellantur. In calce §. 3. inter δέδωκε & appellatur, in nonnullis editionibus interpositum est, quæ etiam neptis, quod interferit etiam Theophilus, quamvis fortassis de suo, ut paraphrastes. Plane Pollucii τῶν ἐστῶν ἀδελφός. Hesycho & Suidæ δέδωκε, tam patris, quam matris soror, sed apud hos legitur νεπεί. Fratris sororisque filii & filia speciale cognationis nomen apud Romanos non habent, l. ult. §. tertio, 14. de grad. & affin. Apud Græcos habent, & elegantè fratris filius ἀδελφός, filia fratris ἀδελφίς, vocatur Erasmus & Valla ἀδελφός patruelus vertunt, quo nomine rectè notantur à D. Giphano. Eæcus Plutonis ἀδελφός apud Lucianum, Jovis & Æginis filius. Patruelis. Gloss. gr. lat. ἀδελφός fratruelis fratris filius, vel fratruus. VINN. Dicuntur & NEPOTES, quamvis ea notio

sequiorem Latinitatem sapiat. Vid. Casaub. ad Spart. Hadr. cap. 2. Voll. de vit. serm. c. 27. At tamen Ovid. 3. Pont. eleg. 3. ad Cupidinem.

Casus ab Ænea qui tibi fratre nepos. quod notavit Barthius ad Guill. Brit. p. 431. Sæculo 4. Licinium Constantini esse sorore nepotem vocat. Hieron. Chron. n. 2330. & Orol. lib. 7. cap. 28. Quæ loca fupeditat V. C. Christ. Cellar. in Cur. poster. p. 231. HEIN.

TEXTUS.

Quartus gradus.

4. Quarto gradu supra abavus, abavia; infra abnepos, abneptis: ex transverso fratris sororisque nepos neptis filius: & convenienter patruus magnus, amita magna, id est, avi frater & soror: item avunculus magnus & matertera magna, id est, avia frater & soror: consobrinius, consobrigna, id est, qui quæve ex sororibus aut fratribus procreantur. Sed quidam rectè consobrinos eos proprie dici putant, qui ex duobus sororibus progenerantur, quasi consororinos; eos verò, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patruelus vocari. Si autem ex duobus fratribus filia nascuntur, sorores patruelus appellari. At eos, qui ex fratre & sorore progenerantur, amitinos proprie dici putant. Amite tue filii consobrini dicuntur appellari, tu illos amitinos.

NOTÆ.

4. Quidam rectè consobrinos, &c. Qui quæve ex duobus fratribus nati nateve sunt, fratres & sorores patruelus proprie appellantur, qui quæve ex duobus sororibus & consobrini consobrignæque, quasi consororini, qui quæve ex fratre & sorore, amitini & amitina, l. 1. §. 6. l. ult. §. 15. hoc tit. ubi tamen Jcti testantur, hos omnes à plerisque communi appellatione consobrinos vocari.

COMMENTARIUS.

Hæc quoque sunt perspicua quoad rem ipsam, illud tantum notandum, quod tum qui ex duobus fratribus, tum qui ex duobus sororibus, item qui ex fratre & sorore nati sunt, propriis quidem nominibus distinguuntur, sed quorum plerisque vulgo promiscuè utitur. Nam & qui quæve ex duobus fratribus nati nateve sunt fratres & sorores patruelus proprie appellari qui quæve ex duobus sororibus, consobrinos consobrignæque, quasi consororinos; qui quæve ex fratre & sorore, amitinos & amitinas dicit tradunt Gajus l. 1. §. quarto. 6. & Paul. l. ult. §. quinto. 15. de grad. & affin. ubi tamen hos omnes à plerisque uno communi nomine consobrinos vocari testantur: quemadmodum apud

Belgas quoque hi omnes dicuntur Susterlingen, quod respondet consobrini. Et quamvis amitini nunquam inter se duo sunt, quoniam qui alteri amitinus est, is ab eo consobrinius nominatur, ut in fin. hujus §. etiam Justinianus indicat & tamen ex sorore & fratre natos mutuo amitinos quoque dici significant. Ex quo hoc etiam apparet, consobrinatorum nomen non posse restringi ad solos duarum fororum liberos; nam avunculi filium non alio nomine proprie appellare possum, quam consobrini. In lege Pompeja de patriciis appellatione patruelum videntur significari fratres & sorores consanguinei, matruelum uterini. l. 1. de patriciis. nec enim potes illo loco patruelem & matruelem consobrinos interpretari cum Bachovio; tum quia non debet consobrini preponi patruo & avunculo: tum etiam quia eodem loco post patruum & avunculum collocantur consobrinius & consobrigna, ut bene observavit D. Cujac. 6. obs. 17. ubi refert, etiam Græcos patruelem interpretatos ἀδελφῶν ἀδελφός, fratrem foremque uterinos. Itaque & qui ex duobus fratribus orti sunt, fratres patruelus rectè appellabimus, & ipsos quoque fratres consanguineos: illos, quod per patres conjungantur; hos, quod eundem patrem habeant. Idemque sentio de fratribus matruelibus.

TEXTUS.

Quintus gradus.

5. Quinto gradu supra atavus, atavia: infra atnepos, atneptis: ex transverso fratris sororisque pronepos, proneptis: & convenienter propatruus, proamita, id est, avi frater & soror: & proavunculus & promatertera, id est, proavix frater & soror: item fratris patruelis, vel sororis patruelis, consobrini & consobrigna, amitini & amitina filius, filia: propius sobrino, propius sobrina. Hi sunt patrum magni, amite magna: avunculi magni, matertera magna filius, filia.

NOTÆ.

5. Propius sobrino] Dicitur & propior sobrino, d. l. 1. §. ult. l. ult. §. 16. vers. persona, eod. & propior sobrina, l. 2. C. unde leg. Græci ἀδελφῶν ἀδελφός appellant in l. 2. C. com. de success.

COMMENTARIUS.

Propior sobrino] Propior sobrino, sobrina, & propius sobrino, sobrina: item propior sobrinus, sobrina, & propius sobrinus, sobrina, rectè omnimodo dicitur, l. 1. §. ult. l. ult. §. quinto. 16. vers. persona, de grad. & affin. l. 2. C. unde leg. Paul. 4. sent. 11. Festus in verbo propior. Utitatis tamen est propior sobrino, pro

quo Tacitus 11. annal. 64. dixit sobrino prior, Lepida inquit, minore antonia genita, avunculo Augusto, Agrippina sobrina prior, &c. patrem suum claritudinem crederat. Neque enim necesse est, ut cum Cujacio & Giphano pro prior legamus propior, nam utriusque voculæ eadem vis, ut bene Liplius. Est autem propior sobrino, sobrina, patris socrus, de cuius cognatione queritur, consobrini, consobrigna, d. l. 1. §. ult. & l. 2. eod. qui vicissim ille est consobrini filius, d. l. 1. §. ult. & hoc text. Sic Lepida cum esset Germanico, patri Agrippinæ, consobrigna, (nam ab Agrippina vocata est sobrina propior) Agrippina illi consobrini filia. Verum ut consula est utriusque amitini & consobrini appellatio, ita factum arbitror, ut propior sobrino ego etiam vocer propior sobrinus, l. 2. C. unde legit. Fest. d. lac. ubi ait, propius sobrino mihi esse consobrini mei filium & patris mei consobrino.

TEXTUS.

Sextus gradus.

6. Sexto gradu supra eritavus, eritavia; infra eritnepos, eritneptis: ex transverso fratris sororisque abnepos, abneptis: & convenienter abpatruus, abamita id est, abavi frater & soror: abavunculus, abmatertera, id est, abavia frater & soror: item propatruus, proamita, proavunculus, promatertera filius, filia; item propius sobrino, sobrinave filius, filia: item consobrini, consobrigna nepos, neptis: item sobrini, sobrina, id est, qui quæve ex fratribus vel sororibus patruelibus, vel consobrini, vel amitinis progenerantur.

COMMENTARIUS.

Item propius sobrinave, filius filia] Hæc verba omnino inducenda sunt, ut superflua. Etenim filii & filiae propioris mei sobrini & sobrinæ, aut sunt mihi nepotes ac nepotes consobrini & consobrignæ, aut ipsi mihi sobrini & sobrinæ: quorum utrumque modo fit mentio. Hoc autem dempto cetera rectè habent: neque aut plura demere cum Cujacio, aut ordinem mutare cum Hotomanno aut Weselebico necesse est. Omnino enim male Gothofredus verba ista retinuit: illa autem, item consobrini, &c. expunxit.

Item consobrini, consobrigna nepos, neptis] Hotomannus ex Gajo l. 3. de grad. & affin. sic restituit, item fratris patruelis, sororis patruelis, consobrini, consobrigna, amitini, amitina nepos, neptis. Nulla tamen necessitate: quoniam, ut supra notatum est, generali consobrinatorum appellatione patruelus quoque & amitini continentur.

Qui quæve ex fratribus patruelibus] Sobrino;

rum nomina, ut patruelum & confobrinatorum, inter se referuntur, ut qui mihi sobrinus est, ego ei vicissim sim sobrinus. Ne quis igitur ex hoc loco existimet, fratris, patruelis, &c. filium sobrinum dici. Sententia enim Imperatoris hæc est, utrinque sobrinus dici eos, qui ex duobus patruelis ex amirino & confobrino, ex duobus item confobrini nati sunt; quos nos *abscessus* *Kinderen* vocamus. Hoc gradu propria cognationis nomina desinunt, *l. ult. §. ult. de grad. & affin.*

TEXTUS.

De reliquis gradibus.

7. Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe semper generata persona gradum adjicit: ut longè facilius sit respondere, quot quisque gradu sit, quam propria cognationis appellatione quemquam denotare.

NOTA.

7. Generata persona gradum adjicit] Id est, unaquæque generatio gradum facit. Itaque ex numero generationum constituendus erit numerus graduum. Jus autem Canon. alia denumeratione utitur in linea transversa; quæ tamen in causis matrimonialibus dumtaxat servatur, *v. r. ad sedem. c. paravola. c. 35. q. 5.*

COMMENTARIUS.

Generata persona gradum adjicit] Quantum numerus generationum, tantumdem excrevit numerus graduum. Quippe unaquæque generatio gradum facit. Et ideo in quavis questione proposita videndum, quot inter utramque peritiam generationes extiterint, atque ex earum numero constituendus erit numerus graduum.

TEXTUS.

De gradibus agnationis.

8. Adgnationis quoque gradus eodem modo numerantur.

COMMENTARIUS.

R. Etè Hotomannus hunc locum sic interpretatur, non quasi Justinianus dicere voluerit, agnationis gradus eodem modo numerari, sicut cognationis; tam enim agnatorum, quam cognatorum hactenus mentio facta: sed hoc, etiam agnationis gradus eadem, quam modo dixit ratione crescere, nimirum ut semper persona generata adjiciat gradum.

TEXTUS.

De graduum descriptione.

9. Sed cum magis veritas occulta fide, quam per aures animis hominum insigatur; ideo necessarium duximus, post narrationem graduum, eos etiam presenti libro inscribi quatenus possint & auribus & oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

COMMENTARIUS.


R. Ei cuiusque cognitio certius ex oculorum sensu, quam aurium percipitur. Cujus rei rationem Aristoteles *de adibus* hanc offert, quod ad spectus per se ac vi sua, nulliusque alterius opera percipit; auditus verò per accedens & opera aliena. Sanè quia quæ videmus in propinquo sunt, ideo ea nos magis afficiunt, quam quæ audimus, quæ absunt fere, & ideo non ita movent. Poeta *in arte*, v. 180.

*Segnius irritans animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis commissa fidelibus.*

Hoc Candaules creditit, & in Gyge cum amissione regni expertus est, quæ oculis hauriuntur, celerius ad animum accedere, quam quæ aurium via manant. Polyb. 12. *ἐφ' ὧν οὐκ ἴδοντες ἀκούοντες*

Presenti libro inscribi] Hæc graduum cognationis descriptio perit temporum injuria. Sed nullo negotio similis delineari, & in tabula representari potest, quod cum etiam à plerisque factum sit, quorum commentarii in manibus candidatorum juris versantur, nobis nihil opus est, hic item tabulam aliquam exhibere.

TYPUS HIC REFERENDUS EST AD paginam 624. §. IX. Tituli VI. de gradibus Cognationis



TITULUS SEPTIMUS.
DE SERVILI COGNATIONE.

Dig. Lib. 38. Tit. 2. C. Lib. 6. Tit. 4.

TEXTUS.

Illud certum est, ad serviles cognationes illam partem edicti, qua proximatis nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed nostra constitutio, quam pro jure patronatus fecimus, (quod jus usque ad nostra tempora satis obscurum atque nube plenum, & undique confusum fuerat,) & hoc humanitate suggerente concessimus, ut si quis in servili constitutus, consortio liberum vel liberis habuerit, sive ex libera sive ex servili conditionis muliere, vel contra serva mulier ex libero vel servo habuerit liberos cujuscumque sexus, & ad libertatem his pervenientibus, ii qui ex servili ventre nati sunt, libertatem mererint, vel dum mulieres liberae erant, ipsi in servitute eos habuerint & postea ad libertatem pervenerint, ut hi omnes ad successorem patris vel matris veniant, patronatus jure in hac parteposito. Hos etenim liberos non solum in suorum parentum successorem, sed etiam alterum in alterius successorem mutuum vocavimus, ex illa lege specialiter eos vocantes, sive soli inveniuntur, qui in servitute nati & postea manumissi sunt, sive una cum aliis, qui post libertatem parentum concepti sunt, sive ex eodem patre, sive ex eadem matre, sive ex aliis nuptiis, ad similitudinem eorum, qui ex iustis nuptiis procreati sunt.

NOTA.

Liberum vel liberum Librum, numero unitatis, v. sup. §. 2. per quas pers. Satis erat dicere, liberos habuerit, l. 148. de verb. sign. VINN. Eodem modo loquuti sunt veteres quidam. Aurel. Victor: *Nerva Trajanum in liberi locum adp. traxit*. Add. Quintil. *Declam. 11. l. 33. C. de inst. test. Ex infituito ea de voce dissipant Voss de analog. lib. 1. cap. 42. Manker, ad Hygin. fab. 9. & V. G. Dukerus de Lat. ver. Jcr. p. 381. HEIN.*
Sive ex aliis nuptiis Vide comm. etiam Cujac. & Hotom. quatenusque copulatione. Sed tamen nati ex nefario & damnato coitu succedere nequeunt.

COMMENTARIUS.

Notant ferè recentiores omnes, in perisque manuscriptorum & in Græca paraphrasi hunc locum nullam novam inscriptionem habere, sed coherere titulo precedenti, cujus etiam partem esse arguit collatio ordinum & graduum, qua hoc eodem loco instituitur. Sed age, rem ipsam videamus. Erimus autem cum in hujus, tum in sex proximè seq. tit. explicatione solito breviores, ne nimirum hoc opus exerceat curiosi tractatione earum rerum, quæ nullam aut per exiguum usum nunc habent.

At, neque edicti prætoris eam partem, qua bonorum possessio cognatis deferretur, neque legem ulla antiquam ad cognationes serviles pertinere. Ex Ulpian. l. 1. §. 2. unde cogn. & Paul. l. ult. §. non parimus, s. de grad. & affin. Quod sic intelligendum est, non pertinere edictum aut leges antiquas ad servorum cognationem etiam postquam manumissi sunt; nam quamdiu servitute inter servium, nec successorem habere possunt, nec ipsi alteri succedere, l. 4. C. commun. de success. neque novi juris qui sequitur constitutio ad servos quamdiu in servitute manent, pertinere potest.

Nec ulla antiqua lege talis cognatio In causa videlicet successione, de qua hic agitur. Nam in nuptiis etiam jure antiquo servilis cognationis ratio habetur, nuptiisque impedimento est, si forte pater & filia, frater & soror, manumissi fuerint, §. illud. 10. sup. de nup. l. adoptivus. 14. §. 2. & 3. de rit. nup. Quo loco etiam diversi juris ratio indicatur: hæc nimirum, quod in contrahendis matrimonii naturale jus & pudor impeditur. In successioneibus autem naturalis servorum cognatio inluper habita fuit, dict. l. ult. §. non parimus. s. de grad. & affin. Itaque si verbi causa, ancilla cum liberis, quos in servitute pepererat, manumissa fuerat, neque liberi ex Senatofconsulto Orficiano ad hereditatem defunctæ matris, neque mater ex Senatofconsulto Tertulliano ad hereditatem liberorum, & neque hæc, neque illi ad bonorum possessionem ex parte edicti unde cognati proximi, vocabantur: licet inter matrem & vulgo quæstios inveniendum hæreditatis & accipiendam bonorum possessionem sui esset.

Sed nostra constitutio Desideratur hæc constitutio. Epitomen ejus in membranis quibusdam Latine expressam, arguere se repererat, Cujacius exhibet, lib. 10. obs. 34. in qua tamen epitomen tantum jura patronatus desinitur. Eodem loco præsentat ex Basilicis constitutionem Græcam, quam putat esse integram hanc Justiniani. Sanè

DE SERVILI COGNATIONE.

Græcè scriptam fuisse testatur ipse Justinianus, §. 3. seq. tit.

Humilitate suggerente] Etsi servilis cognationis, quamdiu durat servitus, in causa successione ratio haberi non potest, potest tamen servitute sublata. Atque adeo plenum humanitatis est, tunc in hac etiam causa cognationem illam naturalem spectari.
Ut hi omnes ad successorem] Igitur hæc constitutio Justiniani nati ex servis ancillive, si parentibus manumissi ipsi quoque manumissi sint superfluit, eis ab intestato succedunt, exclusis patronis, à quibus ipsi antea excludebantur.

Alterum in alicuius successorem mutuum] Ita non solum parentibus, sed etiam ipsi manumissi fratres & sorores inter se succedunt. Quod tamen ego sic accipiendum esse existimo, si, quod multis modis accidere potest, patronus deficiat. Nam liberis non extantibus, expressè statim patronum ad liberti intestati successorem ipse Justinianus vocat, idque eadem constitutione, quam hic significat, d. §. 3. vers. fin. autem tit. seq. Quamvis sanè fratres patrono preferendos arguat, l. 2. C. ad Senatof. Tert. Sed non est eadem ratio patris & filii emancipati, quæ liberti propriè dicti & patroni; utique postquam fratres in successione patri prælati sunt l. 4. C. de bon. qua lib. l. ult. C. comm. de succ. ad quod jus Tribonianus d. l. 1. 2. interpolando conformavit.
Sive soli inveniuntur] Quare non modo qui nati in servitute postea manumissi sunt, inter se ab intestato succedunt, sed etiam cum aliis, qui post parentum libertatem nascuntur.

Sive ex aliis nuptiis] Verbum nuptiis tollendum esse censet Cujac. Cont. Hotom. Giphart. auctoritate quorundam manuscriptorum & Theophilii, apud quem tantum est, *et ex aliis nuptiis*. Ut horum verborum, sive ex aliis, hic fit sensus, sive ex alio & diverso patre, sive ex alia sive diversa matre. Sed contra hos insurgit Bachovius, & maxime in Cujacium, Ego in hac eorum lite Palæmon.

TEXTUS.

Collatio ordinum & graduum.

z. Reperitis itaque omnibus, quæ jam eradicimus, apparet non semper eos, qui parentum gradum cognationis obtinent, pariter vocari: eoque amplius ne cum quidem, qui proximior sit cognatus, semper potiorum esse. Cum enim prima causa sit suorum hereditas, & eorum, quos inter suos heredes enumeravimus, apparet, pronotem vel abnepotem defuncti potiorum esse, quàm fratrem aut patrem aut matrem defuncti: cum alioqui pater quidem & mater, (ut supra quoque tradidimus,) primum gradum cognationis obtineant, frater verò secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognationis,

& abnepos quarto. Nec interest, in potestate morientis fuerit, an non; quod vel emancipatus, vel ex emancipato vel ex famines sexu propagatus est. Amotis quoque suis hereditibus, & quos inter suos heredes vocari diximus, adgnatus, qui integrum jus habet adgnationis, etiam si longissimo gradu sit, poteratque potior habetur, quàm proximior cognatus. Nam patrui nepos vel pronepos avunculo vel materteræ præferunt. Toties igitur dicimus, aut potiorum haberi eum, qui proximior gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati sunt: quoties neque suorum hereditum, quique inter suos heredes sunt, neque adgnationis jure aliquis præferri debeat; secundum ea que tradidimus: exceptis fratre & sorore emancipatis, qui ad successorem fratrum vel sororum vocantur: qui est capite deminuti sunt, tamen præferunt cæteris ulterioris gradus adgnatis.

NOTA.

1. Exceptis fratre & sorore emancip.] Ex constitutione Anastasii §. 1. sup. d. tit. item lotior uterina & lororis consanguineæ sive uterina filiiis & filiabus, §. 4. sup. de leg. agn. succ. Hodie adgnatorum & cognatorum jura confusa sunt, Nov. 118. ubi Just. tres novos ordines succedentium fecit: 1. Descendentium, qui reliquos omnes excludunt; in quo ordine gradum ratio non habetur, 2. Ascendentium, sed horum proximi tantum vocantur; & cum his admittuntur etiam fratres ex utroque parente conjuncti; & horum quoque fratrum illi concurrentes cum fratribus, non autem filii soli sint, ex Nov. 127. 3. Lateralem, quorum soli quoque proximi vocantur, nisi quod fratrum germanorum filii jure representationis una cum thii suis veniunt, thique defuncti, ejusque fratribus ex uno latere conjuncti præferuntur.

COMMENTARIUS.

Hic locus ad ea omnia, que hæcenus hoc libro tractata sunt, generaliter pertinet. Summa est, duas esse succedentium prerogativas, unam in ordine, alteram in gradu: illius autem, quàm hujus potiorum rationem esse, in tantum ut qui ordine præcedit, licet gradu sit posterior, præferatur ei, qui est posterior ordine quantumvis gradu prior.

Pronotem vel abnepotem, &c. quàm fratrem, patrem, matrem.] Conferuntur hic sui & qui suorum numero tum cum legitimis, qui cum illis concurrere nunquam possunt, propter prerogativam ordinis suorum. Sed si sui inter se conferantur, hic qui gradu proximior est, pater filius, remotiorum, puta nepotem, non excludit. Nam

jus representationis & successio in locum patris facit, ut nepos non videatur remotor.

Amoris quoque sui hereditas, agnatus etiam si tenuissimum gradum, &c.] Agnati quoque & ceteri legiti successores collati cum cognatis praeferuntur non ex prerogativa gradus, sed ordinis: nisi cognati demum tertio loco vocantur, sup. de succ. cogn. in pr. Verum inter agnatos ipsos spectatur prerogativa gradum non habet, extra quam quod novissimum ius introducendum est. Nov. 118. c. 3. si fratrum filii cum patris concurrant. Ceterum resolve, quae tradita est. de leg. agn. succ. item de Senatus. Tertylliano §. 3. & leg. quae hic inculcare non lubet. Hodie agnatorum & cognatorum iura confusa sunt, d. Nov. 118. ubi Ju-

stin. tres novos ordines succedentium fecit, unum scilicet adfcedentium, alterum adfcedentium, tertium collateralium. Descendentes reliquos omnes excludunt: neque inter eos gradus prerogativa feruntur. Cum adfcedentibus admittuntur fratres ex utroque parente conjuncti eorumque filii, ceteri laterales ab iisdem excluduntur, inter ipsos autem succedunt tantum proximi, d. Nov. 118. c. 2. & Nov. 127. Lateratum quoque proximi solum vocantur, nisi quod fratrum germanorum filii iure representationis simul cum patris & avunculis suis veniant, & patris avunculique defuncti, ejusque fratrisbus ex uno dumtaxat latere conjunctis praeferuntur, his iure plenioris sanguinis, illis iure quadantenus descendentium: quae de re supra explicatum est diligentius.

TITULUS OCTAVUS.

DE SUCCESSIONE LIBERTORUM.

Dig. Lib. 38. Tit. 2.

Ratio ordinis, & summa tituli.

COMMENTARIUS.

HUe usque differuit de successione ingenuorum; sequitur nunc de successione libertorum, id est, de iure succedendi in bonis libertorum. Vox enim successio hic non activa, ut in praecedentibus, sed passiva accipitur, non quia libertus succedit alii, sed quia ipsi liberti succedunt. Circa hereditates libertorum mira exitit juris varietas. Aliud lege 12. tabularum constitutum fuit; aliud praetores introduxerunt: quod auctum postea lege Papia postremo altera hanc causam definiit Justinianus; quae singula hic ordine referuntur & explicantur.

TEXTUS.

Qui succedunt. De lege 12. Tab.

Nunc de libertorum bonis videamus. Olim itaque licebat liberti patronum suum impunè testamento praeterire: nam ita deum lex duodecim tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus; hæredes suo nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberti, si is suum hæredem reliquisset, patrono nihil in bonis ejus juris erat. Et siquidem ex naturalibus liberis aliquem suum hæredem reliquisset, nulla videbatur quaerela: si verò adoptivus filius fuisset, aperte iniquum erat, nihil juris patrono superesse.

- 1 Legem 12. tab. non alio iure patronum censuisse, quam agnatorum.
- 2 Cur magis iniquum visum, patronum ab adoptivi excludi, quam patrem, fratrem &c.

Nam ita demum lex 12. tab.] Argumentum ex contrariis, quod probat, vero articulo 12. tab. licuisse liberti testato decedenti patronum impunè praeterire. Collectio hæc est: Lex 12. tabularum patronum nominatim vocat ad hereditatem liberti intestato mortui: ergo in bonis liberti testato mortui nullum jus patronum habere voluit, si videlicet testamento praeteritus, nihilve ei relictum sit.

Hæredes suo nullo relicto] Intestato liberti mortuo, lex duodecim tabularum primùm suis hæredibus deserit hereditatem: si hi non fuerint, tunc patrono; Ulp. l. 3. in pr. de suis & leg. & in fragm. tit. 27. & tit. ult. in pr. ubi sic scribit: Civis Romani liberti hereditatem lex duodecim tabularum patrono deserit, si intestato sine suo herede libertus decesserit. Ideoque si testamento facti accedat, licet suus hæres ei non sit, seu intestato & suus hæres ei sit, quamvis non naturalis, sed uxor, puer, quæ in manu fuit, vel adoptivus filius lex patrono nihil praestat. Hinc verò apparet, legem non alio iure patronum censuisse, quam agnatorum, qui & ipsi ab intestato post suos hæredes vocantur, & testamento præteriri possunt. Quod autem primo loco & solum post suos hæredes patronum lex vocat, mirum non est: quoniam liberti agnatos non habent. VINN. Rectè Vinnius oblerat patronum liberti loco agnati fuisse.

Difertè id dicit Justin. in constitutione græca, quam ex Basilicis primus extulit Cujac. lib. 20. obs. cap. 34. Επειδὴ ἐν δίκῃ οὐρανῶν ἐστὶν ἡ ἐπιδορυμῶν οἱ ἐκδομένους ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἀδελφῆ ἀδελφῶν. Ὁμοίως καὶ ἡ ἐπιδορυμῶν ἐστὶν ἡ ἐπιδορυμῶν ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἀδελφῆ. Cum veluti agnati libertorum patroni censentur, hinc & vocantur ad legitimam successione. Quemadmodum ingenuorum agnati gradu proprio vocantur, ita & libertorum. Inde est, quod & nomina patronorum & cognomina adfcedentium liberti. Vid. Laclant. Inst. tit. lib. 4. §. 3. Car. Sign. de nom. propri. 1418. HEIN.

Si adoptivus filius, aperte iniquum] Patronum à liberti liberis naturalibus, id est, procreatis iusto matrimonio, excludi, indignum visum non est; at iniquum visum, quàm in patre, matre, fratribus, fororibus reliquisque agnatis & cognatis, quibus omnibus filium adoptivum in hereditate ingenui præferri constat? Putat D. Hotomanus, præterem ideo plus juris patronis in bonis libertorum concessisse, ne aliqui duras nimis conditiones libertis suis in præstantia libertate imponerent, arg. l. 1. de bon. lib. Sed & illud durissimum visum, posse patronum per quemvis hæredem testamento liberti scriptum repelli. Cæterum erat hoc consequens liberæ testandi facultati lege duodecim tabularum civibus omnibus data.

TEXTUS.

De iure pratorio.

1. Qua de causa postea prætoris edicto hæc juris iniquitas emendata est. Sive enim faciebatur testamentum libertus, jubebatur ita testari, ut patrono partem dimidiam bonorum suorum reliqueret: & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti partem dimidiæ bonorum possessio. Sive intestatus moriebatur, suo hæredes relicto filio adoptivo, dabatur aequè patrono contra hunc suum hæredem partem dimidiæ bonorum possessio. Prodesse autem liberti solebant, ad excludendum patronum, naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati & in adoptionem dati, si modo ex aliqua parte scripti hæredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto pratorio petierant. Nam ex hæredati nullo modo repellabant patronum.

NOTE.

1. Dimidiam bonorum] Non tamen admitte-

batur patronus contra ea bona liberti, quæ in castris quaesita, l. 3. §. 6. de bon. liberti.

Quæ contra tabulas dabatur, &c. bonorum possessio] Theoph. ut supra dicitur tunc contra tabulas. Sed aut fœmivari, aut corruptus est. Quid enim contra tabulas liberti intestato mortuo? Si modo ex aliqua parte scripti] Hæc clausula pertinet ad datos ad adoptionem. Ex hæredati nullo modo, &c.] Intellige, nisi per querelam testamentum, ut inofficium, evitaretur.

COMMENTARIUS.

RATOR duo mutavit. Primum testandi licentiam in liberti coercuit, justitiam libertum ita testari, ut patrono non minus parte dimidia bonorum reliqueret, data patrono partem dimidiæ bonorum contra tabulas possessione, si aut nihil, aut minus parte dimidia ei relictum esset. Cæterum quod hic simpliciter scriptum est, is hæc habet exceptionem, nisi libertis liberis naturales, si vero filios, si emancipatos (nam si liberti adoptivi iure pratorio non plus juris contra patronum habent, quàm extranei & non facti testamento stiterit: quippe à quibus & non facti testamento patronus excluderetur. Ulp. d. l. cit. ult. in pr. Sive intestatus relicto filio adoptivo] Hoc alterum est, quod in hac causa mutavit Prætor. Nam 12. tabularum etiam adoptivo filio suo hæredem existente patronum in totum ab hereditate liberti intestato mortui excludebat. Edicto verò prætoris ex parte dimidia admittitur.

Et in adoptionem dati] Liberi naturales in adoptionem dati, quando in familia adoptiva sunt, quasi liberi ad bona patris naturalis non admittuntur, sed tamen ex ea parte edicti veniunt, quæ vocantur cognati: §. ut ibi 10. §. 12. cum seq. sup. de her. quæ ab int. Patronum igitur excludere non poterunt, nisi testamento hæredes scripti; ac proinde clausula sequens, si modo ex aliqua parte scripti hæredes erant, adjecta est.

Aut præteriti contra tabulas] Hoc ad solos emancipatos referri debet. Quippe cum bonorum possessio contra tabulas is dari non solet, qui tempore mortis ejus, de cuius successione agitur, in aliena familia fuerunt, §. eodem. 12. sup. de her. quæ ab int.

Ex hæredati nullo modo] Sed quid si testamentum per querelam everlum fuerit? Dubitandum non est, qui liberti patronum excludant, cum res ad causam intestati redeat. Plura Bachovius hic.

TEXTUS.

De Lege Papia.

1. Postea verò lege Papia adaudivit sunt iura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum enim est, ut ex bonis ejus, qui fœstertium centum millium patronum reliquerat, & pauciores quàm tres liberos habe-

K k k k